

Teksten

Ave maris stella

Ave, maris stella,
Dei Mater alma,
Atque semper Virgo,
Felix caeli porta.

Sumens illud Ave
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Evae nomen.

Solve vincla reis,
Profer lumen caecis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce

Monstra te esse matrem
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus
Tulit esse tuus.

Virgo singularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpae solutos,
Mites fac et castos.

Vitam praesta puram,
Iter para tutum,
Ut videntes Jesum,
Semper collaetemur.

Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus
Spiritu Sancto,
Tribus honor unus. Amen.

Trahe me

Trahe me post te: curremus in odorem
unguentorum tuorum.
Quam pulchra es et quam decora,
carissima, in deliciis!
Statura tua assimilata est palmae
et ubera tua botris.
Caput tuum ut carmelus
collum tuum sicut turris eburnean.
Veni dilecte mi; egrediamur in agrum
et videamus si flores fructus parturiunt,
si floruerunt mala punica.
Ibi dabo tibi ubera mea.

Wees gegroet, o Zeester,
Moeder Gods en tevens
gave Maagd bestendig,
blijde poort des levens.

's Engels groet aanvaardend,
grond ons in zo'n vrede
dat de naam van Eva
brenge een Ave mede.

Slaak de boei der bozen,
open 't oog der blinden,
doe onze euvlen wijken
Godes gunst ons vinden.

Toon U onze Moeder
bij de nooit Volprezen,
die, voor ons geboren,
de uwe wilde wezen.

Maak, o Maagd der maagden,
als niet één aanminnig,
ons van zonde ontbonden,
zuiver en zachtzinnig.

Doe ons, rein van wandel,
't wisse pad betreden,
tot we juichend Jesus
zien in 't eeuwig Eden.

Lof zij God de Vader,
Christus, onze koning,
lof de Geest; hun Drieën
de eigenste eerbetoning.

Trek me mee: naar de geur
van uw vertrekken.
Hoe mooi ben je, mijn liefste,
hoe bevallig en bekoorlijk!
Je gestalte is zo slank als een palm,
je borsten zijn als druiventrossen.
Je hoofd is als de Karmel,
je hals is als de ivoren toren.
Kom, mijn lief, laten wij naar buiten gaan,
om te zien, of de knoppen zijn opengebroken
en de granaatbomen al bloeien.
Dan zal ik u met liefkozingen overstelpen!



Nigra sum sed formosa

Nigra sum sed formosa, filiae Ierusalem:
ideo dilexit me Rex, et introduxit me in
cubiculum suum, et dixit mihi: Surge,
amica mea, et veni:
iam hiems transiit, imber abiit, et recessit.
Flores apparuerunt in terra nostra,
tempus putationis advenit.

Ego flos campi

Ego flos campi et lilium convallium.
Sicut lilium inter spinas
sic amica mea inter filias.
Sicut malus inter ligna silvarum,
sic dilectus meus inter filios.

Sub umbra illius quem desideraveram sedi,
et fructus ejus dulcis gutturi meo.
Introduxit me Rex in cellam vinariam
ordinavit in me charitatem.
Fulcite me floribus, stipate me malis quia
amore languo.

Vadam et circuibo civitatem

Vadam et circuibo civitatem:
per vicos et plateas.
Quaeram quem diligit anima mea:
quaesivi illum, et non inveni.
Adiuro vos, filiae Jerusalem,
si inveneritis dilectum meum,
ut annuntietis ei, quia amore languo.
Qualis est dilectus tuus,
quia sic adiurasti nos?

Dilectus meus candidus et rubicundus,
electus ex milibus: talis est dilectus meus,
et est amicus meus, filiae Jerusalem.
Quo abiit dilectus tuus,
o pulcherrima mulierum?
Quo declinavit et quaeremus eum tecum?
Ascendit in palmam,
et apprehendit fructus eius.

Zwart ben ik, maar mooi, dochters
van Jeruzalem. Zo heeft de Koning me
bemind, en in zijn slaapkamer geleid en
tegen me gezegd: Sta op, mijn geliefde, en
kom, de winter is reeds voorbij, de regen
vertrokken en weg. Bloemen zijn in ons
land verschenen, de tijd van het snoeien is
aangebroken.

Ik ben een krokus van de Saronvlakte, een
lelietje van dalen! Als een kweeboom tussen
het wilde hout, zo is mijn lief onder de jonge
mannen. Als een appelboom tussen de
bomen van het bos, zo is mijn lief onder de
jonge mannen.

Ik smacht ernaar in zijn schaduw te zitten;
zijn vrucht is zoet voor mijn mond.
Koning, breng mij naar de wijnkelder en
overlaad mij met liefde.
Versterk mij met bloemen, verkwik mij met
appels, want ik smacht naar de liefde.

Laat ik opstaan, rondgaan in de stad,
laat ik in de straten, op de pleinen, zoeken
naar mijn allerliefste.

Ik zoek hem, maar ik vind hem niet.
Ik bezweer je, meisjes van Jeruzalem,
als jullie mijn lief vinden, wat zeggen jullie
tegen hem? Dat ik ziek van liefde ben.
Wat heeft jouw lief meer dan een ander,
mooiste van alle vrouwen? Wat heeft jouw
lief meer dan een ander, dat je ons dit zo
bezweert?

Mijn lief glanst en schittert,
hij steekt boven duizenden uit. Dit is
mijn lief, dit is mijn vriend, meisjes van
Jeruzalem! Waar is je lief naartoe gegaan,
mooiste van alle vrouwen, waar is je lief
naartoe gegaan? Laten we hem samen
zoeken. Hij klom in de palm en plukte zijn
vruchten.

Surge, propera amica mea

Surge, propera amica mea,
columba mea, formosa mea, et veni.
Jam enim hyems transiit,
imber abiit et recessit.
Flores apparuerunt in terra,
tempus putationis advenit.
Vox turturis audita est in terra nostra;
ficus protulit grossos suos;
vineae florentes dederunt odorem suum.
Surge, amica mea, speciosa mea, et veni.

Veni, dilecte mi

Veni, dilecte mi, egrediamur in agrum,
commoremur in villis.
Mane surgamus ad vineas;
videamus si floruit vinea,
si flores fructus parturiunt,
si floruerunt mala punica:
ibi dabo tibi ubera mea.
Mandragorae dederunt odorem suum
in portis nostris omnia poma:
nova et vetera dilecte mi servavi tibi.

Hortus conclusus

Hortus conclusus soror mea,
sponsa mea, et fons signatus.
Aperi mihi, O soror mea, amica mea,
columba mea, immaculata mea.
Surge propera amica mea et veni.
Veni speciosa mea, ostende mihi, faciem
tua. Favus distillans labia tus,
mel et lac sub lingua tua.
Veni, sponsa mea, veni coronaberis.

Salve Regina

Salve Regina Salve, Regina, mater
misericordiae: Vita dulcedo spes nostra
salve. Ad te clamamus, exsules, filii Hevae.
Ad te suspiramus Gementes et flentes In
hac lacrimarum vale. Eia ergo, advocata
nostra, Ilos tuos misericordes oculos ad nos
converte. Et Jesum benedictum fructum
ventris tui. Nobis post hoc exsilium ostende.
O clemens O pia O dulcis Virgo semper
Maria.

Sta op, vriendin! Mooi meisje,
mijn duif, mijn allermooiste, en kom!
Kijk! De winter is voorbij,
voorbij zijn de regens, weggegaan.
De bloemen zijn verschenen op het veld,
nu breekt de zangtijd aan
het koeren van de duif klinkt op het land.
De vijgenboom is al vol vruchten,
de wijnstok rankt en geurt.
Sta op, vriendin, mooi meisje, kom!

Kom, mijn lief, laten we het veld in gaan
en tussen de hennabloemen slapen.
Laten we de wijngaard in gaan,
morgenvroeg, en kijken of de wijnstok al is
uitgebot, zijn bloesems al ontloken zijn,
de granaatappel al bloeit. Daar zal ik jou
beminnen. De liefdesappels geuren al.
Boven onze poorten hangt een keur van
vruchten, vers geplukte, goed gedroogde.
Mijn lief, ik heb ze bewaard voor jou.

Zusje, bruid, een besloten hof ben jij,
een gesloten tuin, een verzegelde bron.
Doe open, zusje, mijn vriendin,
mijn duif, mijn allermooiste.
Sta op, vriendin! Mooi meisje, kom!
Kom, mijn schone, laat mij je gezicht zien.
Mijn bruid, je lippen druipen van honing,
melk en honing proef ik onder je tong.
Kom, mijn bruid, kom zodat je gekroond
zult worden.

Gegroet Vorstinne, moeder van
erbarming, ons leven, onze zoetheid, onze
hoop, gegroet. U roepen wij aan, Eva's
uitgebannen kinderen. Tot u verzuchten
wij, klagend en wenend, in dit dal van
tranen. Welaan dan, onze voorspreekster,
uw lieve ogen vol erbarming, keer die naar
ons toe. En Jezus, de gezegende vrucht van
uw schoot, toon hem na de ballingschap. O
milde, o liefderijke, o zoete Maagd Maria.

